Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Emphyteusis, seu liuellum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Ant.37.verſ.Furtum,D.Ant.2.p.ti.1.c.15.§.1. & eſt communis,ſi bona, cum ſurripuiſti non habebas contra *Nau.c.17.nu.61. Io.Med.q.3.de reſt.Tol.de ſeptem p.m. 36.nu.4.*

Emphyteuſis, ſeu Liuellum, vide Feudum.

1. EMphyteuta rem perdit, ſi non ſoluit per biennium debitam penſionem,ſed opus eſt Judicis condemnatione, qui nihil tamen facit, niſi parte petente: quidam tamen dicunt,poſſe Dominum rem propria auctoritate accipere: non perdit autem qui moram purgat ſoluendo ſtatim,nec qui legitimè impeditus non ſoluit:cum verò rem perdit,perdit etiam melioramenta,quæ fecit.

*De hac re multa *Mol. à Diſp. 444. vſque ad 464. Lopez de cont.l.2.à cap.29.*

**Nau.c.17.nu.192.*

2 Qui vendit emphyteuſim,debēt dare laudemiũDomino,i.trigeſimam partē pretij: ſecus eſt ſi donet. Quod ſi rē dimittit ſine volũtate domini, non liberatur à penſionis ſolutione.

*Vide *Syl. verſ.Emphyt.n.28.*

3 Cum res perit,non ſoluitur penſio.

**Syl.l.c.nu.4.*

4 Emphyteuſis eccleſiæ non prǣſumitur data niſi in tertiam generationem: nec tranſit niſi in filios veros, quale non eſt Monaſteriũ: nec in illegitimos, Aliæ autem emphyteuſes

datæ

datæ pro filijs, tranſeunt etiam in naturales

*Monaſterium} vide *Syl.c.num.29.*

5 Renuncians hæreditatem, non cenſetur renunciare emphyteuſim.

*Lege *Syl. ibidem nu.26.*

Addit.} Prædium Eccleſiæ dari non poteſt in perpetuam emphyteuſim *c.nulli de reb.eccl.no alien.Nau.de ſpol.cler.§.4.nu.1.*

Emptio, vide Contractus, Debitum, Venditio.

1 LIcitè emis rem communi pretio, etiam ſi ſcias latere in ea aliquid valde pretioſum, vt in faſce herbarũ, aut agro, aut domo.

*De emptione, & venditione copioſè *Mol.d. diſput.* 335. *vſque ad 381. Lopez lib.1.*

Sot.l.6.q.3.art.2.Mol 353.num.12. & 13. Pri. *Nau.l.3.c.2.num.61. & ex Mercat.* quod tamen omninò non probat.

2 Si quid minoris iuſto pretio emptum eſt, ſolum reſtituẽdum quod defuit iuſto pretio non autem res ipſa, vel eius fructus.

*Vide *Mol.d.350.Syl.verſ.Emptio num.9.* ſi e-mas infra dimidium, teneris reddere res, & fructus *Cou.l.2.var.c.2.* ſed de fructibus negat Gomez, quem videtur ſequi *Mol.d.349.n.10*

3 Qui rem vendit ſciens, & volens pretio viliſſimo, donare præſumitur, quod deeſt iuſto pretio. *Nau.c.23.nu.85.*

Mol.d.351.

4 Qu